

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Horologivm Sacerdotale Sacerdotibus tam Ecclesiasticis,  
quàm Religiosis, præsertim Neomystis Ordinem diei, &  
praxes indicans Opera quotidiana exactè, sanctéque  
obeundi**

**Dirckinck, Johann**

**Coloniæ, 1690**

Oratio IV. Ad Spiritum Sanctum. Vita peccatum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50863](#)

HOROLOGIVM.

44

ORATIO III.

*Ad Dei Filium.*

*Opus dispone futurum.*

**O** Jesu amantissime! aspirantete, firmis-  
simè propono, omnia mandata & ju-  
dicia justitiae tuæ custodire. Statuo hodie-  
na die sanctè pensum horatum persolvere:  
sanctissimum Missæ sacrificium sanctè ce-  
lebrare: omnia denique & singula in no-  
mine tuo faciendo & patiendo sacer-  
dotis sancti officium adimplere. *Via  
tuas, Domine, domonstra mihi;* & *semita  
tuas edoce me.* Psalm. 24.

ORATIO IV.

*Ad Spiritum Sanctum.*

*Vita peccatum.*

**S**uccurre mihi obsecro, ô Divine Spiri-  
tus! qui fragilitatem meā nosti. Adeō  
cœcus ero, & sublimissimæ dignitatis  
cerdotalis obliviscar, ut in vitiorum ac pe-  
catorum cloacam me præcipitem, & su-  
instar volvam in volutabro lutī; præser-  
peccati hujus N. tantopere tibi displice-  
tis? Absit hoc à me, Domine: Tu p[er]  
titubantem corrobora, qui sp[iritu]e

Super aspidem & basiliscum ambulabts, &  
conculcabis Leonem, & Draconem. Ps. 90.

## ORATIO V.

*Ad Sanctos Patronos.*

*Subsidiumque pete.*

**A**Ssistite mihi, hodie nādē, fideliter ô  
sancti Patroni mei! Tu præcipue Mater  
mea, & Advocata mea Sacratissima Virgo  
Maria: & Tu mi sancte & fidelissime An-  
gele Custos, cum S. Josepho, S. Joanne  
Baptista & Evangelista, S. Petro & Paulo  
&c. cæterisque Divis Tutelaribus & San-  
ctis, hodiernâ luce celeribus. Vos pericu-  
la mea in lucidissimo Divinitatis speculo  
clarè cernitis; vos fragilitatem meam nō-  
stis; vos hostium meorum multitudinem,  
potentiam & ferociam non ignoratis. Pro-  
tegite igitur me, obsecro & adjuvate forti-  
ter: non enim solum mihi est colluctatio  
adversus carnem & sanguinem; sed & ad-  
versus Principes & potestates tenebrarum  
harum. Ephes. 6.

*Commendatio ad B. V.*

**O** Domina mea Sancta Maria! me in  
tuam benedictam fidē, ac singularem  
custo-